



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

59 Q[ue] lvdices Ecclesiastici Cavsas aliquot speciales, licet laicas, ita suæ  
asserant ditioni, vt omnino eas remittere nolint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

mum lapidem peregre abesse contingit, primum requirere,  
dehinc literas missionum ab his impetrare, ac tandem eas  
ipsas iudicibus ecclesiasticis mittere cogantur: interim nun-  
cij ad hoc conductis erogada est pecunia, cestandum a quoti-  
dianis operibus, ferendę impensę, itinerum atq; aduocatorū.  
Qz si forte superiores suos in ius vocati nō continuo implo-  
rauerint, missionum literas impetrarint, easq; iudicibus pre-  
dictis transmiserint, ac ad monitionē vscq; processum interea-  
siet, iam ecclesiastici iudices vel requisiti hinc a vocatorū su-  
perioribus, quæcunq; tandem in ius vocati sit causa, remitte-  
re tamen ita vocatos atq; admonitos ad ordinarium iudicem  
laicum recusant.

**Q** IUDICES ECCLESIASTICI CAUSAS  
aliquot speciales, licet laicas, ita suæ afferant ditioni,  
vt omnino eas remittere nolint.

Quum apud ecclesiasticum iudicem ob decerptum virgi- 59  
nitatis florem; item ob illegittime natorum, hoc est naturaliū  
liberum statum, aut seruientiū mercedem, viduarumue, quæ-  
cunq; etiam iudicio ventilantur causæ, contra laicos reos, tū  
vel interpellati a litigantium laicorum superiorib<sup>o</sup>, iudices  
ecclesiastici, terminum tamen sistendi iure, nec circumduce-  
re, aut ad se in ius vocatos, ordinariæ iurisdictioni vt remittat,  
precibus induci possunt.

**D**E ALIIS ILLICITIS ET INVILIBVS  
expensis causarum prophanarum, quæ ad Ecclesiasticos ius-  
dices trahuntur, ac denuo remittuntur.

Ad hæc, quum laicus coram iudice ecclesiastico, vt supra 60  
dictum est, inique in ius vocatur, demumq; ad petitionem iu-  
dicis ordinarij remittitur, tunc temere agentis procurator,  
qui tam male in ius vocari fecerat laicum reum, mercedem  
suam, a conuento, qui tamen temere ad vetitum tractus fuit  
iudicium, petit, cogiturq; dehinc excommunicationis poena in-  
nocēs ille ultra expensas, quas ob malam in ius vocationem

E ij